toritate confirmavit, insuper[ap] anathematis[aq] vinculo innodavit ad monasterium faciendum, a presenti hora restituas[ar]. Et convocatis universis ęcclesie ordinibus taliter confirma[as], ut in perpetuum ibi sit monasterium et semper sit sub custodia et dominio[at] sancti Benedicti vestrę civitatis[au] et te ibi tuisque successoribus in nullo molestiam ingerentibus, nisi quantum a precessoribus[av] nostris[aw] sancitum est[10]. Si vero huic nostrę exortationi et preceptioni inobędiens[ax] fueris[ay], sis Dei omnipotentis et beatorum apostolorum principum Petri et Pauli et omnium simul sanctorum atque[az] venerabilium septem universalium conciliorum auctoritate necnon et Spiritus Sancti per nos iudicio omni[ba] sacerdotalis honore et nomine alienus et omni officio clericatus exutus, ita ut si ulterius ausus fueris more pristino aliquid de sacro ministerio[bb] contingere nullo modo tibi liceat communionis vel satisfactionis spem habere, sed in perpetuum anathematizatus[bc] corpus et sanguinem Domini vicino tantum mortis periculo percipias.

## †101 Mai (943—945)

*Marinus (II.) bestätigt wunschgemäß dem Erzbischof Adaldag von* **Hamburg** *(laut früheren Urkunden) die Metropolitanrechte und Besitzungen.*

**Angebl. Org.:** *12. Jh., Kopenhagen, Reichsarchiv E (Hamborgs pergamentsbreve) 1a (A)* — **Kop.:** *17–18. Jh., Hannover LBibl. XXIII 1052 fol. 38v–39r (B)* — **Facs.** *v. A.: P. F. Suhm, Historie af Danmark (Kopenhagen 1787) 37; Curschmann, PUU. Hamburg n. 16; Seegrün, Ebt. Hamburg, Taf. 12* — **Ed.:** *1) Lappenberg, Hamburg. UB. I 43 (zu 946) (fragm.) (aus A) = 2) Migne, PL. CXXXIII 875 (zu 946); 3) P. Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden, I (1886) 9 (aus A); 4) Curschmann, PUU. Hamburg 39 (aus A u. Kopiar d. Bremer Domkirche d. 14. Jh.)* — **Reg.:** *J. CCCLIX; JL. †3630; May, Reg. I 29 n. 104; Böhmer-Zimmermann †175; Seegrün, Ebt. Hamburg 10 u. 104 Cu. 16; GP. VI 45 n. †47* — **Lit.:** *Curschmann, PUU. Hamburg 100 ff.; Peitz, Hamburger Fälschungen 187 u. 213; Seegrün, Ebt. Hamburg 45 ff.; Fried, Laienadel und Papst 386*

*Vgl. zur früheren Überlieferung Brackmann, PUU. des Nordens 98; jedoch sind die Hannoveraner Kopien heute meist verloren. Das Scheinoriginal ist in diplomatischer Kursive des 12. Jh. geschrieben, die Intitulatio in Majuskel. Die Plika weist noch Spuren einer ehemaligen Besiegelung auf. Die Schrift bespricht Seegrün und weist Ähnlichkeiten zu einer gefälschten Urk. Heinrichs V. für Maastricht v. 1122 (Stumpf 3175) nach. Der Urkundentext folgt nahezu wörtlich der gefälschten Urk. Stephans V. für Hamburg (JL. †3461). Vgl. zum Formular Santifaller, LD. 98 u. 103. Der anachronistisch als Kanzler bezeichnete Notar paßt nicht in den Pontifikat Marinus' II., wenn nicht der damalige Bibliothekar der römischen Kirche gemeint ist. Vgl. Santifaller, Elenco 83 f. u. 285. Für die Datierung ist die Monatsangabe*

**100.** ap) *folgt* aut *C* aq) *korr. aus* alienatis *C* ar) restituat *C* as) confirmavit *B3, C* at) dominacione *B2, B3, C* au) in montis Casini *statt* vestre civitatis *B3* av) predecessore *B2, C* aw) vestris *B3;* tuo *B2, C* ax) *korr. aus* et obediens *C* ay) *korr. aus* fuerit *C* az) ac *C* ba) omnis *B2, C* bb) monasterio *B1* bc) anathematizamus *C* — *(Text-kollation: Zimmermann)*

10) *Einschlägige Papsturkunden aus früherer Zeit für Sant'Angelo in Formis sind nicht überliefert; vgl. IP. VIII 234*



*maßgebend, die im Pontifikat des Marinus II. nur für 943–945 möglich erscheint. Die Indiktionsangabe ist dagegen falsch und unbrauchbar. Peitz meinte, daß Marinus II. tatsächlich ein Privileg für Hamburg ausgestellt habe, das später durch eine Fälschung ersetzt wurde. Den Papstnamen im angeblichen Original beurteilt er als spätere Hinzufügung. Laut Seegrün handelt es sich um eine Fälschung aus der Zeit des Eb. Hartwig I. von Hamburg (1148–1168) zur Sicherung der Hamburger Metropolitanrechte.*

Marinvs episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo Adaldago, sanctę Hammaburgensis ęcclesię archiepiscopo[1] et confratri nostro, paternam dilectionem et perpetuam in Christo benedictionem.

Cum pię desiderium voluntatis et laudandę devotionis intencio apostolicis sit semper studiis adiuvanda, cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quę legaliter geruntur et ęquitatis formę conveniunt, nulla valeant refragatione perturbari, sed inrefragabili iure Deo auctore debeant permanere, et ob hoc apostolicis promulgatis sanctionibus propria unicuique, quę rationi subpetunt, possidenda fas exigit confirmari. Et quoniam postulasti, ut privilegium tuę faceremus[a] ęcclesię et apostolica tutione roboravissemus[b], eandem in pristinum manere statum concedimus et apostolico iure firmamus tibi tuęque sanctę Hammaburgensi ęcclesię successoribusque tuis illam dignitatem et fines proprios cum prediis omnibus et parrochiis et omnibus rebus mobilibus vel immobilibus, cum mancipiis utriusque sexus possidere et tenere, quam pię memorię Gregorius, antecessor noster, Ansgario[c], antecessori tuo, quem archiepiscopum in tua ordinavit ęcclesia, concessit[2], stabilito scilicet iure et cunctis finibus, quas Lodewicus bonę memorię imperator et Lodewicus, eius filius, tuam voluerunt[3] habere ęcclesiam et imperiali diffiniere[d] potestate. Decernimus autem, ut potestatem habeas ordinandi episcopos infra tuam parrochiam et diocesim, ita tamen, ut sub tua tuęque ęcclesię salva dignitate ipsius maneant potestate. Si quis autem contra huius nostrę auctoritatis privilegium ire temptaverit et quoquo modo in parte vel in toto frangere nisus fuerit, sit excommunicatus a corpore et vivifico sanguine domini nostri Jesu Christi et sanctę Dei ęcclesię aditu et conventione separatus. Observator autem huius nostrę ammonitionis et iussionis habeat benedictionem omnipotentis Dei beatorumque apostolorum et nostram, qui eorum fungimur vicariatione.

Scriptum per manum Benedicti cancellarii sanctę[e] Romanę ęcclesię in mense Maio, indictione sexta.

## 102 (Rom), 11. November 943

*Marinus (II.) bestätigt dem Bischof Johannes von* **Benevent** *wunschgemäß die Besitzungen seiner Kirche.*

**Org.:** — **Kop.:** *1694, Benevent, Arch.-bibl. cap., Cod. 27 p. 20–23 (B) (aus Rotulus v. 1464)* — **Ed.:** *1) Vipera, Chronologia 61 (V) (aus Rotulus v. 1464); 2) Ughelli, Italia sacra VIII 73; ²VIII 50 (aus Rotulus v. 1464); 3) Raccolta di dipl. 9; 4) Migne, PL. CXXXIII 866 (aus 2)* — **Reg.:** *Georgisch 217 n. 7; J. 2776; JL. 3623; IP. IX 53 n. 11; Böhmer-Zimmermann 176* — **Lit.:** *Gay, L'Italie 355; Klewitz, Aufsätze 347 ff.*

**101.** a) faceremus tuae *B* b) roboraremus *B* c) Anschario *B* d) diffinivere *B* e) s(anctis)s(imae) *B* — *(Textkollation: Zimmermann)*

1) *Adaldag, Eb. v. Hamburg-Bremen (937–988); vgl. 76 Anm. 1*
2) *Vgl. die Urkunde bei Curschmann, PUU. Hamburg 13 ff. u. dazu Seegrün, Ebt. Hamburg 28 ff.*
3) *Böhmer-Mühlbacher 928 u. 1372*